Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



53

uiuentes. mortui eram apud dm; Supuenientes aut gratia di
per xpm. & nos per fidem lauacro spiritali regenerante. coepim
uiuere do; Mortui autem esse peccato quem diabolus. hoc est
tam mori peccato liberatum esse peccato. Factum autem seruum
di; Itaq; mortui iam peccato non reuiuamur de amus ad mala pristi
na; Neque uiuamus peccato & morientes do. poenam quam
euasimus incurramus;

An ignoratis quia quicumq; baptizati sum in xpo ihu in morte ip
sius baptizati sumus; Hoc dicens. ostendit. non nos ignorare
baptizatos iam non debere peccare; Quia cum baptizamur con
morimur xpo. hoc enim in morte eius baptizamur; illic enim omnia pec
cata nostra moriuntur. ut innouati deposita morte resurge
re uideamur ad uitam renati; Utquomodo xps mortuus
resurrexit a mortuis. ita & nos per baptismum speremus resur
rectionis habere baptismum; Itaq; mors peccati. & ut
aliqua sequatur natiuitas. quae morte corporis conpage ho
mine mente innouat. sepulta omnia uetus uetustate;

Consepulti enim sumus cum illo per baptismum. Atque admodum.
xps resurrexit a mortuis per uirtutem patris. ita & nos in nouitate uitae
ambulemus; Hoc dic ut significes & xpm corpus suum a mortuis
excitasse; Ipse enim & uirtus di patris. Sic dic; soluite templum
hoc. & ego trib; dieb; excitabo illud. Hoc autem dicebat de tem
plo corporis sui; & quia xps resurrexit. & innouam uitam
quae iam mori nesciat; noua autem est quia a xpo data est; Nos autem
baptizati consepulti sumus xpo. ut de cetero hanc uitam sequamur
in qua xps resurrexit. baptismus itaq; resurrectionis pignus
est. & imago; Utinam in peccatis xpm morientes ad per ferita de
nuo non reuoluamur; Nam & ideo pascha quam celebratur. ut
sic aqua sordes abluit. ita & nos per baptismum a omni peccato
spiritaliter purgatos credamus; Si enim conplantati sumus